Julius Episcopus Servus Servorum Dei. ad perpetuam rei memoriam. Sub Religionis iugo Domino famulantes libenter prosequimur favore gratie specialis, et ad ea, perque eorum quieti consulitur, diligenter intendimus, et in his nostri pastoralis officij partes favorabiliter impartimur prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Sane exponente nobis Ven. fratre nostro Oliverio Episcopo Hostiensi, ac protectore ordinis Predicatorum, percepimus, quod perpetuitas et diuturnitas in officijs dicti ordinis multa detrimenta, ac etiam contentiones inter ipsius professores sepius afferre consuevit, ac per eundem Oliverium Episcopum nobis humiliter supplicato, quod tam Priores Provinciales, et Conventuales eiusdem ordinis, quam Priorisse Monialium S. Augustini sub cura prefati ordinis ultra certum tempus in suis perseverare officijs non possint, perpetuo statuere et ordinare, aliasque in premissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui singulorum presertim religiosorum quieti, et paci, quantum cum Deo possumus libenter consulimus, huiusmodi supplicationibus inclinati, autoritate Apostolica tenore presentium perpetuo statuimus, et ordinamus, quod in predicto ordine Priores Provinciales ultra quadriennium, Conventuales vero, et prefate Priorisse ultra biennium, in huiusmodi non possint perseverare officijs, sed his elapsis temporibus ipso facto absque alia absolutione sint a prefatis officijs absoluti. nec qui Prior Provincialis fuit possit infra octo annos eius absolutionem immediate sequentes, eiusdem Provintie esse Prior Provincialis. nec qui Prior Conventualis fuit possit infra quadriennium immediate sequens eiusdem Conventus esse Prior Conventualis. et similiter que Priorissa fuit. etc. dat. Rome apud S. Petrum anno incarnat. Dom. M.D.IV. sexto Cal. Aug. Pont. nostri anno I.

Julius Papa secundus. universis et singulis Religiosis fratribus ordinis Predicatorum presentes literas inspecturis salutem et Apostolicam benedictionem. Apostolica Sedes imitata providentiam omnia suaviter disponentem diversis temporibus, locis, et nationibus prout rerum, ac negotiorum ratio exigit circumspecte providet, et moderationis sue remedium exhibet. Sane nobis nuper Venerab. fr. noster Oliverius Episcopus Hostiensis Cardinalis Neapolitanus eiusdem ordinis vestri Predicatorum exposuit, quod nuper in Generali Capitulo eorundem fratrum Mediolani celebrato exorta est inter eos discordia occasione quarundam literarum nostrarum statuentium certum tempus Prioribus Provincialibus, et Conventualibus, et Priorissis dictis in eorum officijs gerendis; prout latius in eisdem literis continetur. Nam plerique Tramontanarum Provinciarum Diffinitores, similiter cum Nuncijs Congregationis Hollandie, iuxta dicti ordinis ritum literas easdem ut accepimus acceptare recusarunt, dicentes, reformationi, moribusq; Religiosorum nationum illarum omnino adversari crebram superiorum suorum immutationem; deinde quod quidam ex illis Patribus nomine omnium non acceptantium prefatum statutum ad se venerant humiliter postulantes, ut quod refrenande ambitionis ac reprimendarum litium gratia statutum esse videbatur, provideret ne regularis vite ac reformationis incremento in nationibus illis contrarium foret; et quod auditis eorum rationibus ac multis secularium

Prin

Principum, et Prelatorum Ecclesiasticorum testimonijs re in ambiguum redacta prefatus Cardinalis qui secundum Deum ordinem protegit, eiusque reformationi cum Domino studere cupiens hanc rem cum pace, ac quiete omnium peragi, ac boni ductoris more religiosos ipsos ad bonam frugem deducere satius putat, literas nostras ipsas ad aliquod tempus suspendi, et providere, nobis humiliter supplicauit, ut his Paterna benignitate Apostolica providere dignaremur; nos igitur pacem, et augmentum dicte Religionis que in agro Domini uberes fructus assidue profert, presertim temporibus nostris, eiusdem Cardinalis supplicationibus inclinati, et rationibus antedictis moti tenore presentium predictas literas nostras quo ad Prouincias Tholose, Francie, Narbone, Theutonie, Anglie, Saxonie, Datie et alias extra Italiam, quas idem Cardinalis Protector, si res exiget nominauerit, auctoritate Apostolica suspendimus usque ad immediate futurum eiusdem Ordinis Generale Capitulum, quod hinc ad biennium fore, si eidem Cardinali expedire videbitur, ex nunc decernimus; volentes quod interim in singulis predictis Prouincijs Prouincialia Capitula iuxta eorum Constitutiones celebrentur, vota convenientium et spectantium ad ipsa Capitula scrutentur circa predictum statutum, ac deinde in scriptis fideliter redacta obsignataque ad predictum Capitulum generale deferantur, et nihilominus Magistro Generali, et deffinitoribus eiusdem Generalis Capituli harum serie committimus, et mandamus, ut super huiusmodi statuto nostro vota Religiosorum cognoscant, et secundum Deum determinent ut videbitur, auctoritate etiam nostra perpetuo statuant, quod honori Divino, Religionis conseruationi, ac sui ordinis augmento pertineat, nos enim quicquid pie, ac religiose per eosdem super hoc statutum fuerit, ex nunc ratificamus, approbamus, et in posterum in prefatis ultramontanis Prouincijs id seruari omnino mandamus, non obstantibus predictis nostris literis ac dicti Ordinis Constitutionibus, et alijs in contrarium facientibus quibuscumque etc. Datum Rome apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 22. Augusti 1505. Pontificatus nostri anno Secundo.

Sigismundus

354

IAPPONEN.

D[illegible] Vm ex Decretis [illegible] fel. record. Vrbani Octaui libello pag. 27. expreſsè prohibitum fuerit [illegible] Congregationi Sac. Rituum, ne deinceps procedat in Cauſis Seruorum Dei [illegible] Canonizationis, ſeu Beatificationis, aut declarationis Martyrij, niſi lapſis quinquaginta annis ab eorum obitu, quin etiam [illegible] [illegible] agi de [illegible] Proceſſibus tam factis, quàm faciendis, niſi habita [illegible] expreſsè obtenta licentia à Summo Pontifice, Sanctiſs. tamen D. N. Clemens Papa [illegible] [illegible] gratia expreſsè derogando [illegible] Decretis induſsit, & conceſsit, vt in Cauſa [illegible] Martyrij Seruorum Dei Angeli Orſucci Ordinis Prædicatorum, Petri de Auila Ordinis [illegible] [illegible] Franciſci, Petri de Zuñiga Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini, & Caroli Spinolæ [illegible] [illegible] & Sociorum, & aliorum reſpectiuè [illegible] Ordinum, qui in [illegible] [illegible] fidei Catholicæ in Iapponiis [illegible], & ſuper quorum aſſerto Martyrio [illegible] [illegible] fuerunt tres Proceſſus authoritate Apoſtolica, videlicet Chinenſis, Manilienſis, & Iaponenſis, [illegible] quorum validitas [illegible] in Congregatione Sac. Rituum habita 21. Menſis Aprilis [illegible] approbata fuit, facto tamen verbo cum Sanctiſſimo pro ſanatione [illegible] [illegible] propter obitum Epiſcoporum in Remiſſorialibus deputatorum, [illegible] [illegible] plurimum examinatorum ſuper Articulis, & notulis datis per Procuratores [illegible] [illegible] ſuper contentis, & inſertis in dictis literis Remiſſorialibus, & ad [illegible] [illegible] Decreto Sanctitas ſua benignè annuit, & tandem die prima Maij [illegible] [illegible] [illegible] in diſcuſſione articulorum [illegible] contentorum in prædictis tribus Proceſſibus [illegible] [illegible] nondum elapſi ſint anni quinquaginta à die obitus ferè omnium Seruorum Dei [illegible] [illegible] [illegible], ſeu maioris partis eorundem, itaut expreſſa derogatio Decretis huiuſmodi, [illegible] [illegible] [illegible] ad diſcuſſionem articuli releuantiæ, vt ſupra, intelligatur conceſſa omnibus [illegible] [illegible] dicta derogatione indigentibus, & ſuper quorum aſſerto Martyrio, & Miraculis [illegible] [illegible] probationes receptæ fuerunt in prædictis tribus Proceſſibus, ac etiam in [illegible] [illegible] ſuper aſſertis Miraculis interceſſione dicti Serui Dei Caroli Spinolæ ab Omnipotenti Deo [illegible], non obſtantibus prædictis Decretis fel. record. Vrbani Octaui, cæteriſque quibuſcumque [illegible] [illegible] facientibus omni &c. Hac die 6. Iunij 1669.

M. Epiſc. Portuenſis Card. Ginettus.

Loco ✠ ſigilli.

Bernardinus Caſalius Sac. Rit. Congreg. Secr.

ROMÆ, Ex Typographia [illegible] M.DC.LXIX.

394

Bren. de Julio 2.°